Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Dñe quid multiplicati sunt qui tribulant me · multi insurgunt aduersum me · multi dicunt anime meae · non est salus ipsi in dō ÷ eius: ⁊ DP

Tu autem dñe suscep tor meus ÷ es: : gloria mea & exaltans caput meū ⁊

Voce mea ad dnm̄ clamaui · & exaudiuit me de monte scō suo ⁊ DP

Ego dormiui & soporatus sum · & exsurrexi quia dñs suscepit me ⁊

Non timebo milia populi circumdantis me · exsurge dñe saluum me fac dē meus ⁊

Quoniam ÷ tu: percussisti omnes aduersantes mihi ÷ sine causa: : dentes peccatorū cōtriuisti ⁊

Dñi est salus: ÷ &: super populum tuum benedictio tua ⁊ DP

Ista uerba dicit propheta ammirando · cur iudaei dnm̄ tribulassent & gentes aquo saluari debebant ⁊ Iam multi enim fuerunt surgentes contra xpm · ut de numero discipulorum iudas illis fuerat unus adgregatus ⁊

Hic filius susceptorem patrem uocat secundum formam serui · Nec non & gloriam et exaltationem capitis sui · ut diuina humanaq· substantia una esset sine aliqua confusione persona ⁊

Ego dormiui dixit · id in passione quia celeriter resurrexit ⁊ Soporatus sum · significat securam dormitionem ⁊ Exsurrexi · cum alacritate deposita mortalitate ⁊ suscepit filium · potentia diuina · quia per se non potuit resurgere humana natura ⁊

Percussit dñs pater aduersantes filio · Idest hereticos qui insecuntur catholicas regulas ⁊ Sine causa · idest sine ratione ⁊ Dentes contriuit · idest uerba mordacia detrahentium diuinis dogmatibus ⁊ Dens dictus ademendo ⁊

Repetit · multi dicunt ut ostendat densissimam stultissimamq· impiorum uesaniam ⁊ Ideo dicunt · non est illi salus ⁊ Putabant enim non habere patrem dilectionem filii · quem carnaliter permisit occidi ⁊

Cum dicit · uoce mea ad dm̄ clamaui · hoc est pater clarifica filium tuum ⁊ Exaudiuit me ut ibi · clarificaui · & iterum clarificabo ⁊ De monte · idest deduinitatis altissima sum mitate ⁊

Timere non potuit inimicum populum · cui erat in sua diuinitate maximum presidium ⁊ Non dicit filius excitando patrem exsurge dñe · sed figuraliter postulat in resurrectione · paternum auxilium ⁊

Dñi est salus · idest adō patre · super populum xpianum benedictio dñi descendit ⁊